



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Inuestitura Abbatis Ortolfi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

priuilegia *Burenſis* Ecclesiæ acquisierunt: quam etiam ab eodem tantæ auctori-  
tatis & sanctitatis metropolitano dedicari, regaliq[ue] edicto publicè honorifica-  
ri ijdem Principes petentes perceperent. Mox conuenientibus illuſtribus, & Ca-  
tholicæ excellentiæ personis, à ſupra memorato Pontifice & Biſterpo reueren-  
dissimo Auguſtene Epifcopo vndeclimo Calendarum Nouembrium die in no-  
mine Sanctæ Trinitatis, in honore S. *Benedicti* & B. *Iacobi*, nec non ad plurimo-  
rum sanctorum memoriam, quorum & plurimas congregauerunt reliquias, hęc  
Ecclesia dedicata eft: & præter cæteras cœnobialis cautelæ aptitudines, ab in-  
troitu mulierum inuiolabili ſanctione alienata, statimq[ue] magnificis oblationi-  
bus ac prædiis dotata & ditata.

*Inuſtitura Abbatis ORTOLFI.*

**R**edolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuersis mini-  
ſterialibus hominibus & vasallis Monasterij *Beyrn*, gratiam suam & omne  
bonum. Benignitatem decet regiam subditorum Sacri Imperij fidelium  
maximè maximorum commodis intendere, & ipsorum quieti ſerena mente  
consulere: ut allecti beneficiis & beneficentia gratis incompensa deuotæ fide-  
litatis Sacro Imperio fortiori deuotionis, fidei & dilectionis vinculo coiungan-  
tur. Quod adtendens noſtra Serenitas, venerabilem *Orthofiam Burenſem* Ab-  
batem Principem noſtrum dilectum, ſe noſtræ Maiestatis conſpectibus preſen-  
tantem ſumus benignitate Regia fauorabiliter proſecuti, collatis ſibi regali ſce-  
ptro regalibus, ac eodem de administratione temporalium legitime inuſtitio.  
Quapropter vniuersis ac ſingulis vobis mandamus, præcipientes auctoritate  
regia firmiter & diſcretè, quatinus eidem Abbatii Principi noſtro dilecto deuotæ  
fidelitatis obsequia impendatis, & eidem tanquam vero veftro Abbatii in omni-  
bus intendatis fideliter & deuotè. Datum apud Auguſtam XV. Calend. Iulij,  
Indict. tertia, Anno Dñi. MCCLXXV. regni vero noſtri ſecundo.

*Inuſtitura Abbatis HENRICI.*

**R**edolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuersis ſacri Ro-  
mani Imperij fidelibus preſentes literas inspecturis gratiam suam & omne  
bonum. Quia tribulationibus pressuris & angustiis venerabilis *Henrici* Ab-  
batis & ſui Monasterij S. *Benedicti* in *Beyrn*, ex innata noſtris præcordiis pietate,  
ex animo condolemus, ſuis commoditatibus intendere volentes, & eum ſpe-  
ciali gratia præuenire. Propterea ad vniuerſitatis vestræ notitiam cupimus per-  
uenire, quod nos ad preces & instantiam Illuſtris Ducis & Bauariae filiae noſtræ  
carißimæ, regalia feuda principatus quem obtinet, eidem Abbatii liberaliter du-  
ximus transmitenda: volentes in hoc ſuis parcere laboribus & expenſis. Vnde  
vniuersis ministerialibus & Vasallis ſupradicti Monasterij damus firmiter in  
mandatis, ut memorato Abbatii tanquam noſtro Principi & ſuo Domino in  
omnibus intendant humiliter, & pareant reuerenter. In cuius rei testimonium  
præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Maiestatis noſtræ ſigillo jufſimus com-  
muniri. Datum Auguſte septimo Cal. Februar. Indictione quaarta decima, An-  
no 1286. Regni vero noſtri deoimo tertio.

**I**n nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clemen-  
tia Rex, Deo ſeruire, regnare eſt. Cum ergo propitia diuinitate regni gubern-  
acula teneamus, juxta regiam magnificentiam volumus omnes ſub pace Sere-  
nitatis